

pellania Nunić, Rodaljice, Medvide, Perušić; 2) in dioecesi sibenicensi: Šibenik-Varoš, quae secundum ejusdem decreti ordinationem in tres dividenda erat: Šibenik-Varoš (matrix), Konjevrate et Danilo (filiae), quae duae posteriores revera postea a. 1858 (Danilo), et a. 1861 (Konjevrate) dismembratione a matre Varoš creatae fuerunt et conventui s. Laurentii de Šibenik incorporatae,⁹⁸ deinde Mandalina, Blizna, Bristivica, Ljubitovica, Prgomet a qua die 7 Februarii a. 1881 dismembratione episcopus Fosco creavit parochiam novam Radošić et conventui de Sinj, cui et Prgomet incorporata fuit, hanc quoque pleno jure univit,⁹⁹ Suhidolac, Visoka a qua die 1 Februarii a. 1880 idem episcopus sibenicensis Fosco dismembratione novam parochiam Nevest creavit et conventui de Sinj pleno jure univit,¹⁰⁰ Čvrljevo, Lečevica, Brštanovo, Drniš, Gradac prope Drniš, Kljake Mirilović a qua a. 1856 item dismembratione creata et conventui de Visovac unita fuit nova parochia Unešić,¹⁰¹ Miljevci, Promina, Knin cum cappellania Vrpolje, Kijevo, Ogorje quae a. 1882 die 9 Februarii in duas divisa fuit, quarum matrix obtinuit nomen Zlopolje, filia vero, ab ipsa creata vetus nomen Ogorje retinuit, utraque conventui de Sinj incorporata,¹⁰² Dubravice, Rupe, Krković et Vačane, quae prius duae parochiae independentes erant, a. 1876 junctae fuerunt in unam sub nomine Piramatovci,¹⁰³ Stankovci, Lišani cum territorio adjuncto suppressae parochiae Ostrovica,¹⁰⁴ Banjevci; 3) in dioecesi spalatensi: Prugovo, Muć gornji, Muć donji, Velikobrdo, Bast-Baškavoda, Tučepi, Drašnice, Igrane, Živogošće, Brist, Podaca, Drvenik, Zaostrog, Gradac maritimum,

⁹⁸ *Ibidem*; Status personalis et localis dioecesis sibenicensis, a. d. 1928, Sibenici 1928, 34—35.

⁹⁹ Arch. con. Sinj, Recentiora monumenta parochias conventus signiensis spectantia.

¹⁰⁰ *Ibidem*, Recentiora monumenta.

¹⁰¹ Status personalis et localis dioecesis sibenicensis... a. d. 1928, 45.

¹⁰² Arch. con. Sinj, Recentiora monumenta.

¹⁰³ Status personalis et localis dioecesis sibenicensis ad. 1928, 60; R. Arch. di Stato — Zara, Fasc. I, M. 31 »Decreto Organico« in margine adjunctum decretum unionis seu concentrationis: »Disposta la concentrazione in una parrocchia colla sede in Piramatovci V. N. 2991/1881.«

¹⁰⁴ *Ibidem*.